quod quondam Margarita de Foxo mater
sua emisso voto promisit quod cum primo
partu masculino vel feminino quem da-
ret sibi dominus limina beati Jacobi apostoli
Compostellani personaliter visitaret. Sane cum
eadem Comitissa que dicte Margarite pri-
mus partus post votum predictum extitit
votum ipsum cum aliqualiter postquam pervenit
ad annos discretionis consensit commode et
nequeat prestitum ad presens cum grandeva
fore noscatur personaliter adimplere fecit
nobis humiliter supplicari ut votum huiusmodi
de quo remorsum habet conscientie sibi commuta-
re in alia pietatis opera dignaremur. Nos
itaque supplicationibus huiusmodi benignius
inclinati discretioni tue commutandi auc-
toritate nostra votum huiusmodi in aliud pieta-
tis opus videlicet quod eadem Comitissa et
unam Capellaniam perpetuam in Lamba-
rien. ecclesia vel alia insignis loci aliquis
Comitatus Convenarum ad honorem eius-
dem apostoli cum quidem Capellanie dotem
valoris annui et perpetui reddituus decem
librarum turonen. parvorum ad minus pro uno et
Capellano inibi missas pro animabus maiorum
et defunctorum fidelium celebraturo perpetuo
assignare de bonis suis propriis teneatur et
construi faciat et fundari in quo censea-
tur votum huiusmodi commutari. Ita tamen quod
infra unum mensem a die commutationis vo-
ti huiusmodi computandum predictam tenere inci-
piat pro celebrandis missis huiusmodi extunc et
continue Capellanum et infra annum a die nu-
merandum predicto dotare teneatur Ca-
pellaniam huiusmodi ut prefertur plenam et
concedimus tenore presentium faculta-
tem. Datum ut supra. Guillo Cabro-
li canonico Tolonen. apostolice sedis nuncio.

1173 Cum intelleximus quod ex eo quia non
nulla beneficia ecclesiastica per nos vel
non ad dispositionem nostram spectantia ex eius
personis collata sepius partibus super eis in
Romana Curia litigantibus sequestrantur
fructuum reddituum et proventuum an-
nalium beneficiorum ipsorum collectio licet et
constet aut sit notorium quod beneficia huiusmodi
apud sedem apostolicam vacaverunt vel alias ad
dispositionem nostram ut prefertur pertinent
in preiudicium nostre Camere cum fructus et
annales predicti iuxta formam refutationis
per nos de illis facte debentur multipliciter impe-
diantur. Nos volentes pretextu talis sequestri
etiam facti auctoritate apostolica collectionem fruc-
tuum predictorum annalium ulterius re-
tardari. discretioni tue per apostolica scripta com-
mandamus quatinus si fructus anna-
les predicti de beneficiis huiusmodi regularibus vel
secularibus sequestratis restent in dictis et
tibi provinciis colligendi eos exige colligas
ac recipe dicte Camere nomine sequestro eo-
dem non obstante in aliquo studeas di-
ligenter. Contradictores per censuram ecclesiasti-
cam appellatione postposita compellendo. Datum
iiij. kl. Junii Anno. xvj. Gastoni Comiti

1174 Letanter audivimus ex dilecti fi-
li filii nobilis viri Raymundi de
Duroforti militis relatione percepimus tua
negotia in Curia Francie fore feliciter ex-
pedita intentis desideriis affectantes dis-
cordiam subortam inter Carissimum fi-
lium nostrum Jacobum Regem Maioricarum
illustrem ac dilectum filium Regerium
Bernardi germanum tuum per vias paci-
ficas terminari ad quod efficiendum sic-
ut alias dicto Regi ac tibi scripsisse memi-
nimus parati sumus interponere soli-
citudinis nostre partes. Sane quia si ad
hoc rex prefatus procuratorem sufficien-
tem dimisit ignoramus. In presentia et
prefati militis procuratorem Regis pre-
fati vocari fecimus qui nobis asseruit
quod pro certo credebat Regem ipsum sufficien-
ter super hoc providisse. miles autem di-
xit nobis ut super hoc cum locumtenente
Regis plenius veritatem et fidem
ferit conveniret fili pars tua cum gen-
tibus Regiis de certa die in qua utraque
pars cum suis munimentis se nostro cons-
pectui presentaret ut facientes pacis
actore ad sopiendam dictam discordi-
am possemus sedulam diligentiam adhi-
bere. Datum iiij. kl. Novembris Anno. xvj.